



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

V. Markgraf Ludwig verändert den Tag der Urbedenentrachtung für die
Stadt Prizwalk, im J. 1339.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

III. Markgraf Ludwig bekennt der Stadt Prizwalk 212 Pfund Brand. Pfenninge schuldig zu seyn, im J. 1325.

Nouerint vniuersi, ad quorum audientiam peruenerit presens scriptum, Quod Nos Lodeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Rheni, dux bawarie sacri Imperii archicamerarius, obligamur discretis viris Consulibus atque vniuersitati Burgenfium nostrorum in Prizwalk, ex parte dominorum Magnopolensium in ducentis talentis et duodecim talentis denariorum Brandenburgensium in sex marcis argenti brandenburgensis. Cuius summe totalis medietatem persoluemus eisdem a festo Sancti Martini proxime venturo infra biennium, et relique medietatis mediam partem die sancti martini, tunc post biennium predictum proxime sequenti et ultimam partem die sancti martini immediate tunc ventura. In cuius rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Presentibus Nobili viro Domino Gunthero, Comite de Lindowe, Segero preposito Stendaliensi, Grifecone, H. de stegelitz, alberto de clepitzk, Jo. de crocher, f. et h. de schepelitz, Militibus, cum aliis fide dignis. Datum wusterhausen anno Domini M^o CCC^o XX quinto feria III^a post festum Sancti Bartholemei.

Nach dem Original.

IV. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Prizwalk die über das Dorf Streketin gegebenen Briefe im J. 1336.

Anno domini M^o CCC^o XXXVI^o in Arneburg Quasimodogeniti. Contententes & diligenti consideratione pensantes obsequiorum & fidelitatis nobis a longinquis temporibus per ciues in prizwalk fideliter inpenstarum promptitudinem, ipsis, ipsorum heredibus & successoribus ad ipsorum instantem instantiam litteras pridem datas & super villa Magna Streketin concessas sub modis forma & condicionibus, quibus ipsos super premissa villa dedimus & concessimus, confirmamus, ratificamus et presentibus approbamus.

Nach dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Havelberg, Bl. 6 b. Nr. XI.

V. Markgraf Ludwig verändert den Tag der Urbedenrichtung für die Stadt Prizwalk, im J. 1339.

Nouerint etc. quod nos Ludouicus etc. attendentes sincera intencione & pensantes grauamina, quibus discreti viri consules & vniuersitas ciuitatis nostre prizwalk per dationem pensionis annue, predecessibus nostris marchionibus Brandenburgensibus eciam et nobis in festo beate walpurgis date & solute, grauati sunt et, ut ex ipsorum relacionibus cognouimus, onerosius onerati, nos eo studio quo poterant, ut ipsum solucionis terminum supra festum beati martini commutare et transferre dignaremur efficacius hortabantur. Nos vero ipsorum affectibus & desiderijs inclinati huius annuimus, iuxta vota concedentes ipsis ex beneficio gracie nostre singularis, quod eandem pensionem — in festo beati martini

sine diminutione soluere teneantur et valeant erogare. In cuius etc. Datum kyritz, anno dni. M^o CCC^o XXXIX^o.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 13 b. Nr. XXX. (Nach der Reihenfolge, worin diese Urkunde in dem sonst meistens chronologisch geordneten Copialbuche steht, muß das Jahr ihrer Ausstellung 1339 seyn. Die Jahreszahl steht eher wie XXXIV. als XXXIX. aus.)

VI. Markgraf Ludwig ertheilt dem Pfarrer zu Prizwalk, seinem Hofcaplan, einen dreijährigen Urlaub, um Philosophie zu studiren, im J. 1343.

Ludovicus etc. Supplicavit et supplicari nobis procuravit honestus & discretus vir magister Guntherus rector ecclesie parochialis ecclesie ciuitatis nostre prizwalk, familiaris noster nobis sincere dilectus, disciplinis scolasticis volens inui, ut sibi abessendi per triennium a predicta ecclesia elargiri licentiam dignemur, cuius quidem meritorum suorum bene expertorum consideratione fauorabiliter animus et presentibus duximus annuendum, dantes & conferentes sibi iuxta vota sua, sic quod ipso durante trium annorum tempore, dummodo in studio fuerit, et quod eidem ecclesie de debito & competentem rectore per ipsum prouisum fuerit, licentiam benignius abessendi. Volentes medio tempore ad eandem ecclesiam locatum uel sui nomine locandum fouere et per nostros tueri efficere ac si resideret personaliter in eadem. In cuius etc. Testes Guntherus comes de Swarzborg, comes de Lyndow etc. Datum wusterhufen anno M. CCC^o XLIII^o quarta feria post diem sancti viti.

Nach dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Havelberg Bl. 15 b. Nr. XXXXI.

VII. Markgraf Ludwig verzeignet einem Altar der h. Jungfrau Maria in der Pfarrkirche zu Prizwalk gewisse Mühlenpächte daselbst, im J. 1344.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. diuine remunerationis intuitu auctionique cultus diuini cui desiderius insistere nitimur, ob perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum bone recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam, appropriauimus & appropriare decreuimus altari beate virginis marie in ecclesia parochiali ciuitatis nostre prizwalk siti, per discretum virum nycolaum seniorem de walstobe heredesque suos dotati seu fundati, VIII libr. cum dimidia denariorum brandenburgensium annue solutionis ex molendino intra muros predictae ciuitatis sito, in molendino vulgariter lanc brugge mel nominato, in peper mel et in molendino vulgariter plaumanf mel dicto, cum singulis et vniuersis ad premissos redditus pertinencis debite pertinentibus, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet pertinendas. Renunciantes etc. Transferentes presentationem altaris prenotati sic, quod ad ipsum altare vacationis sue tempore sine nostra contradictione personam sibi competentem poterit presentare. In cuius Testes . . . deke, buch mager, helbe magister coquine, wedel senior. Datum anno ut supra feria V^a ante purificationem beate marie virginis.

Nach dem Leipziger Copialbuch Bl. 18 b. Nr. LI.